manuscript

Klosterneuburg (?) 13. Jh. Seite 6v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1014
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Nardus .i. dilectio. qua prior dilexit nos deus. ded(it) o(dorem) s(uum). quia p(ro) dilectione(m) (pro)pter nos assumpsit carne(m).

Nardus humilis herba calide nature. p(er) q(uam) caritas intelligitur. uel tota congeries passionis. dedit odore(m) suum.

Mors dilectissimi q(uam) p(ro) mea salute subiit semp(er) in mea memoria commorabitur. debebat .n. i(n) carmine nuptiali mammas potius appellare q(uam) pectus.

Botrus cypri. Quod a morte mediatoris mox resurrectionis gl(ori)a successit recte subdit(ur). Botrus qui fuit fasciculus mirre. i(n) amaritudine passionis in dulcedine resurrectionis extitit botrus cyp(ri). mirram isti fecit uinu(m) letificat.

bitu suo.
nardus mea
dedit odore(m)
suum. Fasci
imitanti passione.
culus mirre
dilectus meus
in principali corde. q(ui) p(ri)us
michi. inter
timebam uagari. nunc firmo amore eu(m) complectar.
ubera mea
commorabitur.
Botrus cypri

Dicandus ordo uxor. accubante rege. nardus mea dedit odorem suum. dum (pro)pter nimiam caritatem qua dilexit nos. filius factus est mulieris. Item fasciculos mirre compar(atur). dum (pro)pter nos crucis iniurias tolleravit. Botrus cypri cum surrexit. In uineis engaddi est. sic dum fidelibus spiritualia dona distribuit.

Fasciculus m(irre). factus est xp(istu)s. q(ua)n(do) ablat(us) de cruce mirra (et) aloe punctus est.

Mirra arbor arabie. altitudinis q(ui)nq(ue) cubitorum. similis spine qua(m) achantum dicunt. cuius gutta uiridis. atq(ue) amara unde nom(en) accepit mirra. gutta ei(us) sponte manans p(re)tiosior est. conticis uulnere uilior. que medendis infirmitatibus e(st) salubris. unde (et) mirratu(m) amulitibus nomen accepit.

Mea castarum ubera no(n) stringant s(ed) me(n)ti(s) laxis pellibus irrigant(ur). Unde ezechiel. in egiptum fracte sunt mamme tue.